



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Christina Mirabilis. 24. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

velitationis speciem præbuere. Et in hac ipsa cum truncas corporis partes in vultum (hostis dicam an parentis?) projiceret, an non invito extorquere verecundiam potuit? Angeli deinde manu perfrenata an non iterum provocare hostem? Sed tota ecce acie mors occurrit: in lacum Vulturnum præceps agitur, molari collo appenso. Vincit videlicet mari etiam virtus, & gaudet CHRISTINA à Christo toto lacu nunc baptizari, quæ omni sanguine nuper. Quid quòd incolumis enatat, parens morte infelici stygiis undis mergitur? Quid ages, qui in officio pariter & odiis succedis Dion? quid Iuliane, oleum iterum ardens affundis? cum opera perdis, picem ingeris? Christo adhæret, fornacem paras: isterum cantus inter flammam audis, serpentes cogis? jam stygios vicit, vbera referas? non eget his virgo. Sagittis denique petis? pennas addis in cælum volanti. Si nescis, illa tibi, illi meta cælum est. *Ex Mart. Rom. Adone & Petr. de Natal.*

*Elige illum amicum præ omnibus amicis tuis, qui cum omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem servabit in die sepultura tua, cum omnes amici tui recedent à te, ille te non derelinquet, sed tuebitur à rudentibus preparatis ad escam. S. Aug. Man. c. 24.*

## S. CHRISTINA MIRABILIS.

24. Julij.

**R**est è Orbis CHRISTINAM mirabilem dicitur quando talis etiam est vita ejus. Tu quoque necum mirare. In Hasbaniâ & nata & denata postquam oculis purgantium animarum in peculiaribus flammis tormenta arbitrata est, parulum cælum habuit, nunquam excludenda, si semel modo ingredi libuisset. Sed commiseratio, quam in ani-

animo vifa supplicia reliquerant, tantum potuerunt, ut elegerit in vitam redire, & alienas noxas in suo corpufculo plectere; probante ipfo Chrifto Iudice pium confilium. Horrefcit animus narrare, quæ deinceps viva iterum virgo facere non exhorruit. Vnum vita tota portentum fuit. Nam, ut alia omittam, volucrem illa pernicitate fuâ vincere, & iam fornaces fuccenfas ingredi, jam glacie duratas aquas subire, modò è patibulis fe fufpendere, modò facinoroforum rotis membra illigate, interdum per fentes & vepreta volutari, canumque dentes in fe armare. Porro vaticinia complura edidit. De decretorio illo Iudicii die magno animorum motu concionari folita, scelera omnia, fed luxuriam potiffimum, affiduo fletu gemituque damnavit. In fupremo tamen morbo recreata eft Angelicis modulis, iterumque è vitâ abiens non unam jam animam cælo intulit. *Ex Surio.*

*Si eft fub terrâ Tartari carcer, fi eft combuftio ardens, fi eft Infernus fine fine crucians, quid ftupemus quare non omnibus contemptis fola nobis cura fit evadendi à malis talibus, ne viventes mundo ad tantas, tales, tam crudeles fubito rapiamur pœnas? S. Pat. Chryf. ferm. 124.*

S. IACOBVS APOSTOLVS. 25. Julij.

**L**Audes IACOBI fcripturo pennam ultro IACOBI volucres ingerunt. Audi iuventus, & patronum tuum mecum lauda. Ibant conjuges pii Compostellam, & trahebant pietatis fuæ comitem filium formâ liberali juvenem. O ut periclofè caftitas peregrinaris! Hofpitis filia oculis capta adolefcentis, capere etiam ipfum nititur. Evadit hic muliebris amoris laqueos, fed non odii. Sub-

2